recēter infusa ↄtrahet ex carnis corruptōe
caliginē ignorātie in intellectu putredinē
ↄcupiscentie in affectu. Et his medicina est
scia litteralis que illustrat itellectū et fgit
affectum et ideo debent magistris obedire
et adherere qui in scripturis eos docēt hie.
Ama scientiam scripturarum et vicia non a
mabis. ¶ B ¶ Sed prochdolor castitas de
generatur et eneruatur ꝑ immundiciā lu=
xurie. caritas ꝑ discordiam iracundie matu
ritas ꝑ ignorantiam lascivie. humilitas per
ꝓteruiam supbie. De primo. iiij. re. ij. Duo
vrsi lacerauerunt pueros hoc est puerulos
carnales lacerant. luxuria et gula qui sūt
duo vrsi diligentes dulcia. Quoniaȝ em̄ vir
ginitas est bonum incompensabile quia in
voto virginitatis et continentie non con=
sueuit etiam summus pontifex dispensare.
Et est bonum incompabile quia virgines
sequunt sponsuȝ. Habent aureolam quan
tum ad capitis ornamentū et vestem bissi
nam quantū ad corpis indumentū. Et di=
cunt canticum nouum. Et est etiam bonum
inenarrabile cui⁹ dulcedo nequit exprimi
sermone. Et est bonum irrecupabile ꝙ si qs
amittat de cetero nō recuperat quia si ce=
ciderit filia israel non adiciat vt resurgat
vnde lesa pudicicia nulla repabilis est ar=
te. nec deus potest de corrupta facere vir
ginem secundum hieronimū. ideo tota vi=
ginitas diligenter a pueris est seruanda a
deo ꝙ boni pueri nec videre mulieres nec
a mulieribus videri velint quanto minus
tangere eas vel ab eis tangi. imo etiaȝ pu
eri debent procurare vt iaceant soli et se=
cundū ꝙ sustinere possunt iacere in femo=
ralibus vel camisijs suis et obdormire in a
liqua bona cogitatione vel in dominica o=
ratione. Sic salomon impetrauit sapienti
am quam dominus infudit ei dormiendo.
Ego inquit sive puer ꝑuulus et ignorans
egressum et introitum meum dabis ergo
seruo tuo cor docile. iij. re. iij. Caritas ener
uatur ꝑ discordiam iracundie. ysa. iiij. Defi
cient pueri et laborant et iuuenes in infir
mitate sua cadunt. Deficient pueri iracun=
dia sua innocentia quia nihil possunt susti=
nere vel pati et laborant ꝓfunda vindicta
et ita cadunt a gratia vnde frequenter pu
gnant inter se et inuoluuntur excōmunica
tione ꝙ est satis ꝑiculosum qꝛ multi excō=
muīcati sunt et nō faciūt se absolui sed irre
gulares sunt cum se ꝓmoueri faciunt. ysa.
xv. Tumultuabitur puer contra senem et
ignobilis contra nobilem. Quia sepe liti=
gant contra suos superiores et credunt se
esse meliores si sunt genere nobiliores.

Maturitas eneruatur ꝑ ignorantiam lasci
uie. ecc. x. Ve tibi terra cui⁹ rex puer est et
cui⁹ principes mane cōmedunt. Rex mane
manducās est puer lascivie vacans q̄ mane
sue iuuentutis exponit lasciuijs et delicijs
In cui⁹ figura filij iob mortui sunt cum es=
sent in conuiuio. Ex hac lasciuia vacant o=
cio addiscunt ludere ad talos intrant ta=
bernas et prostibula que parentibus non
corrigentibus et magistris imputanda sunt
sicut de filijs hely legimus. j. re. v. Qui dor
miebant cum mulieribus venientibus ad
tabernaculum. Et quia gulosi erant et deli
cati ideo carnes sacrificioꝝ accuratius de=
coquebant vnde dicitur ibidem. Erat pec=
catum puerorum grande coram domino.
¶ Humilitas eneruatur per ꝓteruiam su=
perbie. volunt em̄ mali pueri facere volū=
tatem suam contempnunt parentes et ꝓ=
prios doctores. sed sicut dicit puer. xxi. Pu
er qui relinquitur ꝓprie voluntati confun=
dit matrem suam. Nolunt em̄ subici sed va
gari et si corriguntur ꝓterue et supbe re=
spondent fugiunt scolas nolunt addiscere
remanent illiterati dant magistris suis vt
optineant licentiā euagationum versus su
os dato precio faciūt fabricari et breuiter
dicentes. Magistri grauiter peccant qui cu
piditate corrupti ꝑmittunt pueros viue=
re ꝓut placet eoꝝ voluntati ꝑ quos poti
us deberent corrigi et corripi. Quanto em̄
tempe puer ꝑuulus est nihil differt a ser=
uo sed est sub tutela vt humiliter exequat
doctoꝝ et superioꝝ suoꝝ pia monita gal.
iiij. ¶ Sequitur scd̄m principale. stulticia
In his ergo deformatur puerilis innocen
tia et apparet stulticia ꝑ quam despiciunt
sapientiam puer. j. Sapientiam atȝ doctri
nam stulti despiciunt sequūtur ineptam le=
ticiam. eccō. Cor sapientis vbi tristicia cor
stultoꝝ vbi leticia. habent mentis incon=
stantiam. ecc. xxvij. homo sanctus ꝑmanet
in sapientia sicut sol. nam stultus sicut luna
imitatur. perdunt eternam gloriam ps. Si
mul insipiens et stultus peribunt. luce. xij.
Stulte hac nocte repetant animam tuaȝ
a te. ¶ Sequitur tercium principale. Ter=
cio reformatur puerilis innocentitia ꝑ ma=
gistralem diligentiam. vnde dicit. virga di
scipline fugabit eam. pueri em̄ virga sunt
disciplinandi ne remaneant indocti et stul
ti puer. xxiij. Noli subtrahere a puero di=
sciplinam. Si ꝑcusseris eum virga non mo=
rietur tu. virga euȝ percutias et animā eius
de īferno liberabis. ¶ Ad hāc āt disciplinā
q̄ttuor ꝑtinēt scȝ eruditō legēdoꝝ emēda
tio moꝝ exhortatio v̄boꝝ inflictō verbeꝝ

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0490
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt